

172

[illegible]

Articulus 2dus

Quænam forma sit pars intrinseca Sacramenti Pœnitentiæ?

Vimus Præscitu necessaria.

Suppono i. ex dictis formam esse partem intrinsecam ipsius tum quia quodlibet Sacramentum constituitur in materia et forma sicut in partibus essentiæ ut intrinsece et essentialiter componentes, ut docet S. D. 3 p. q. 90 a. 2. tum quia in omni compositione non solum physica, sed etiam artificiali (: cuiusmodi in omnibus Sacramentis novæ Legis ex relatione verbis tamquam materia et forma coalescentibus reperitur :) materia et forma se habent ut partes intrinsece et essentiales; sequitur in omni composito naturali et artificiali nec sola materia, nec sola forma est tota essentia eius, sed ambo solum sunt duæ partes componentes aliquod totum ex ipsis intrinsece resultans: quia Sacramentum pœnitentiæ velut compositum mixte vel artificiale ex verbis ministri et actibus pœnitentis tam materia et forma intrinsece et essentialiter constituitur, cum quodlibet ex iis constituat tamquam ex partibus essentialibus et intrinsecis, ex quibus constat tam ex materia et forma.

Suppon: 2. formam huius Sacramenti essentialiter perfici per verba formalia, nec sufficere virtualia; ratio a priori est institutio Christi, quam perpetua Ecclesiæ traditio et consuetudo confirmat, quæ nullo unquam tempore aut casu Sacramentum pœnitentiæ administrat per nutus aut scripturam, sed per verba ore prolata